

iuxta domum Ambrosii Campsoris a medio pariete iuxta domum aliam eiusdem Ecclesie a medio transende iuxta domum Rocchie, et iuxta viam publicam, et dictum domum Leonardum procuratorem nomine q. s.; in ipsius domus vacuum et corporalem possessionem induxit et immisit de Qua domus dictus dompnus Leonardus de consensu etiam et voluntate nobilis et discreti viri abbatis Bartholomei de gactis vicarii Nobilis et discreti viri abbatis Guillelmi Raffensis archipresbiteri barolitani procuratoris nomine et pro parte eiusdem archipresbiteri, et totius Capituli eiusdem Ecclesie ut nobis constitit, pro dictis unciis auri tribus se dixit et habuit et vocitavit tacitum et contentum ac de predicto legato totaliter pagatum unde procuratorio nomine q. s. dictus procurator consentiens prius in nos predictos Iudicem et notarium ut in suos cum sciret nos ex sua certa scientia suos Iudicem et notarium non esse *etc.* voluntarie dictum Iudicem Iohannem de Cantore *etc.* de predictis unciis auri tribus quam de omnibus aliis legatis olim factis eidem Ecclesie per dictum qd. Cantorem fratrem suum liberavit et absolvit ac totaliter quietavit *etc.* Quatinus a presenti dicta Ecclesia dictam domum *etc.* Guadium quoque dictus Iudex Iohannes dedit *etc.* obligavit omnia bona sua *etc.* Contra que si fecerint pene nomine componant dicte Ecclesie unciam auri unam et totidem Regie Curie *etc.* Renuntiantibus expresse consuetudini Baroli *etc.* Quod scripsi ego predictus Magister Spina publicus Baroli notarius qui predictis Rogatus interfui et meo signo consueto signavi. (*Segue il segno*).

† Angelus de Costa q. s. Iudex. (*Segno*).

† Andreas de Magistro Spina testatur.

† Laurentius Sabini testatur.

† Ego Nicolaus de Sire viasio testor.

Notitia testium:

Ambrosius Iacobi de Ambrosio, Nicolaus de sire blasio et rentius Andree.

N. 115.

A. D. 1328

(17 maggio; Indiz. XI)

<i>Provenienza</i>	R. Archivio di Stato in Napoli.
<i>Data di luogo</i>	Napoli.
<i>Rogatorio</i>	<i>Iohannes Grillus de Salerno.</i>
<i>Descrizione</i>	Registro 268, anno 2327 C., fol. 46 a t.
<i>Contenuto</i>	Il re Roberto ordina che le monache del monastero di S. Andrea di Barletta non si debbano molestare nel pacifico possesso di una terra.
<i>Bibliografia</i>	Inedita.

Pro monasterio S. Andree de Barolo.

Robertus *etc.* Capitaneis Baroli presentibus et futuris fidelibus suis gratiam *etc.* Dudum vobis Carolus dux Calabrie primogenitus noster Carissimus, Vicarius generalis suas duxerit licteras continentie subsequenter: Carolus illustris Ierusalem Sicilie Regis Roberti primogeniti dux Calabrie ac eius Vicarius generalis Capitaneis Baroli presentibus et futuris fidelibus paternis salutem et dilectionem sinceram. Pro parte abbatisse et conventus Monialium Monasterii S. Andree de Barulo fuit in nostra Curia Vicarie expositum quod cum ipse exponentes tenue-